ለይ

subst. , m. , cui fere ubique κόκκινον, κόκκινα respondet. [Notionem *rubri* vel *coccinei coloris* semiticis radicibus **ለወየ ፡** et vicinis haud inhaerere, omnes norunt. Peregrinum autem esse nomen **ለይ ፡** nondum probatum est; neque enim audiendi sunt S. Bochartus (in Bochart 1796, 529; Bochart 1796, 669) et Ludolfus (in lex. col. 25), qui **ለይ ፡** e voce καλ-λαια mutilatione ortum esse censent. Etymon semiticum persequenti mihi persuadeo, nomen **ለይ ፡** vel *flexuosi* aliquid sive *tortuosi* ut cochleam, conchylium, vel plantam ut *convolvulum* aliamve herbam et arbusculam significare posse, e cujus radicibus vel foliis vel baccis Aethiopes colorem tinctorium coccineum petere soliti fuerint. Sed cum conchylii usum Aethiopibus notum fuisse ab antiquis scriptoribus non tradatur, mihi in eo acquiescendum videtur, ut **ለይ ፡** nomen plantae tinctoriae (qualis ex. gr. arbutus uva ursi est) fuerit, unde coccina factitia vel vestes coccinis similes confecta sunt. Etenim etiam Voc. Ae. **ለይ ፡** inter nomina plantarum recensitum et **ለይ ፡ ዘ ፡ ቀይሕ ፡** eplicatum exhibent] *coccum* , *coccinum* , *textile* vel *filum coccineum* : **ከመ ፡ ለይ ፡** ὡς κόκκινον Jes. 1,18; **እመሂ ፡ ለበስኪ ፡ ለየ ፡** Jer. 4,30; **አሠረት ፡ ለየ ፡ ውስተ ፡ እዴሁ ፡** Gen. 38,28; Gen. 38,30; κόκκινα 2 Reg. 1,24; **ፐፒራ ለይ ፡** ἐρίου κοκκίνου Hebr. 9,19; **ፈትሉ ፡ ዘለይ ፡** Sir. 45,11; **ሕብረ ፡ ለይ ፡** 2 Par. 2,7; 2 Par. 3,14; praeterea creberrime in Octateucho: Ex. 35,6; Ex. 35,25; Ex. 35,35; Ex. 36,9; Ex. 36,10; Ex. 36,12; Ex. 36,32; Ex. 36,37; Ex. 37,3; Ex. 37,5; Lev. 14,4; Lev. 14,7; Num. 4,8; Num. 19,6; Jos. 2,18; Jos. 2,21, et in Apoc. 17,4; Apoc. 18,12. In versione Exodi recentiori vocabulo **ነት ፡** (q.v.) **ለይ ፡** vocabulum substitui, ad Ex. 25,4 annotavi.

Bibliography

Revisions

- Andreas Ellwardt *Bibl* on 13.4.2018
- Andreas Ellwardt *last updated txt file and doc file of Lexicon* on 19.4.2017
- Pietro Maria Liuzzo *exported from lexicon to XML* on 16.1.2017
- Pietro Maria Liuzzo *updated lexicon XML file adding nested senses* on 16.1.2017
- Andreas Ellwardt *updated txt file and doc file of Lexicon* on 22.11.2016